

- H. PNNATIFIDA Auch. — Metabasis Hymettia.  
 H. PNNATIFIDA Cyr. — Achyrophorus pinnatifidus.  
 H. RUPESTRIS Poepp. — Achyrophorus apargioides.  
 H. SESSILIFLORA Kunth. — Achyrophorus sessiliflorus.  
 H. SONCHOIDES Bert. — Achyrophorus Scorzoneræ.  
 H. SONCHOIDES Kunth. — Achyrophorus sonchoides.  
 H. TARAXACIFOLIA Mœnch. — Barkhausia albida.  
 H. TARAXACOIDES Pourr. — Barkhausia albida.  
 H. TYROLENSIS Schiw. — Achyrophorus maculatus γ.  
 H. UNIFLORA Vill. — Achyrophorus Helveticus.  
 H. UNIFLORA Hoffm. — Achyrophorus maculatus.

DCCXCHI. ACHYROPHORUS *Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 116, Less. syn. 130.*  
*(excl. sp.) non Vaill. — Hypochæridis sp. Linn.*

Omnia Hypochæridis sed pappus uniserialis plumosus. — Herbæ Gerontogæ et Americanæ perennes. Capitula rariū ovata, sæpiū hemisphærica aut campanulata. Genus medium inter Hypochæridem et Seriolam, priori iuvol. imbricato et pappi setis non dilatatis, posteriori pappo uniseriali affine.

Sect. I. PHANODERIS.

Achænia omnia evidenter et longiusculè rostrata, rostro exteriorum breviore, interiorum longiore. — Herbæ pleræque Gerontogæ.

§. I. *Capitulis oblongis.*

1. A. ANDINUS, scapo simplici nudo glabro 1-cephalo foliis triplò longiore, foliis radicalibus elongatis oblongo-linearibus acutis basi attenuatis hinc indè lobulato-dentatis membranaceis glabris, invol. oblongi squamis paucis sub-imbricatis oblongo-linearibus nigricantibus dorso puberis, achæniis omnibus rostratis.  $\mathcal{U}$  in Andibus Amer. merid. Seriola Andina Poepp.! pl. exs. Ex capit. oblongo paucifloro accedit ad Seriolam, sed ex pappo 1-seriali setis plumosis basi nullo modo dilatatis ad Hypochæridem aptius pertinere videtur. (v. s.)
2. A. RAMOSUS, caudice radiciformi apice folia subradicalia caulemque ramosum subnudum gerente, foliis infer. oblongis utrinque acuminatis subdentatis, super. linearibus basi subsagittatis, invol. oblongi squamis glaberrimis margine scariosis.  $\mathcal{U}$  Patr. ign. Variat caule glaberrimo aut basi patentim hispidissimo. Rami pauci elongati apice nudi 1-cephali. (v. s.)
3. A. HISPIDUS, radice fusiformi, caule ramoso laxè subhispido aut glabro, foliis radicalibus lanceolatis repando-dentatis adpressè et parcè pilosis, caulinis paucis angustè linearibus integerrimis aut basi dentatis, invol. oblongo pilis rigidulis hirto, achæniis striatis omnibus rostratis.  $\mathcal{U}$  seu (I) patr. ignota. Hypochæris hispida Willd. hort. berol. t. 46. enum. 831. non Roth. Pappi setæ plurimæ filiformes nec ut in Serolis basi dilatatae. In iconе Willd. capitulum ferè campanulatum ad sequentem nimis accedit. (v. v. et s. c. ex hort. genev.)
4. A. OXYODONTUS, caule erecto folioso sulcato glabro aut foliisque hinc indè piloso, foliis infer. oblongis basi in petiolum attenuatis sinuato-pinnatifidis lobis acutis terminali majore, caulinis linearis-oblongis integerrimis basi dentibus utrinque 1-2 acuminatissimis instructis, invol. campanulato setis elongatis hispidissimo.  $\mathcal{U}$ ? patr. ign. Seriola Cretensis Desf.! hort. par. cat. ed. 3. p. 150. Poir. dict. 7. p. 121. non Linn. Porcellites Cretensis Cass. dict. 43. p. 43. Priori valde affinis, sed differt capitulo campanulato nec oblongo, invol. pilis longioribus magis consertis, foliis caulinis latioribus acentiùs dentatis, etc. (v. v. et s. ex hort. par.)